

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

XXIV.

NOTITIA DEDICATIONIS MONASTERII S. PETRI
IN NIGRA SILVA ET DONATIONIS IN GONDELINGEN
EI FACTÆ.

A N N O M C X I I I.

Ex Rotulo San-Petrino.

Anno ab Incarnatione Domini M. C. XIII. Indiſt. VII. VIII. Anno Regis HEINRICI quinti II. Kal. Octob. feria III. dedicatum eſt Monasterium noſtri Cœnobii à Venerabili Wittone Curienſi Episcopo in honorem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ac victoriosiſſimæ Crucis, & Beati Petri Apostoli, omniumque Apostolorum. Domino Udalrico Constantienſis Ecclesiæ electo præſente, & annuente una cum ſeptem religioſis Abbatibus. hoc eſt Domino Eppone tunc temporis ejuſdem Monasterii Præſato. Brunone Hirſaugienſe. Ruſteino de S. Blaſio. Adalberto Scaſhufenſe. Dieggero de S. Georgio. Ottone Rinaugienſe. Egenone Auguſtense tantæ ſolemnitati concurrentibus, & in cunâis quæ poterant devotiſſimè agentibus. Non ſolum autem tales Perſonæ nec non aliæ religioſæ hominum plurimæ, id eſt Clericorum, Monachorum, Converſorum, verùm etiam ſæcularium virorum non pauci nobiles, atque liberi, excepta promiſcui ſexus multitudine non parva, quæ undique confluerat in illa die, huic negotio videbantur intereſſe.

Peraçto itaque Dedicacionis Officio *Dux Bertholdus*, & *frater ejus Dominus Conradus* Eccleſiam honorificè dotaverunt coram omni Populo; Tradentes ei videlicet præpotenti manu prædium quoddam quod

quod habebant in Pago, qui dicitur *Gondelingen*, quatenus cum omnibus mancipiis, & appendiciis suis perpetuo cedat in usum Monachorum hoc in Monasterio Deo, & S. Petro famulantium. Preterea etiam ut omnia quæ a Parentibus suis, aut quibuscunque fidelibus tradita esse noscuntur beato Petro istius Monasterii Patrono inconvulsa, & intempera consistant omni succedentis Temporis ævo, quicquid juris hæreditarii vel à se aut generis sui successoribus possit haberi, aut dici, juxta Legem, & Consuetudinem istius Patriæ sicut & antea sepissimè fecerant, abdicaverunt in Conspectu utriusque Episcopi, & totius multitudinis circumstantis Populi.

His gestis intererant nobiles viri, quorum nomina in rei gestæ Testimonium subscripta sunt. Adalbertus Comes de Gamertingen. Adalbertus de Horenberc. Fridericus de Wolyach, & filius ejus Arnoldus. Waltherus de Wilhelm. Gerunc de Brunne. Ruom. de Ashach. Wernherus de Cimberc. Limpolt de Merderburch. Erkenboldus de Kencingen. Conradus de Zaringen. Erkenboldus de Vorcheim. Eberhardus, & Frater ejus Burchardus de Eistat. Henricus de Wictelisberch. Vdalricus de Anemutingen. Rudolfus de Bucheim. Walecho de Waldegge. Otto de Reginesberch. Lintoldus de Teyeruelte. Rodolfus de Gurtwil. Egino de Burbach; Erchengerus de Steinunstat. Craft de Opfingen. Wido de Wilare. Roggerus de Blidoluesheim. Rupertus de Hufen. Berchtoldus, & Foleloch de Deningen. Lambertus de Adelhufen. Burchardus de Gundolvingen.

Cod. Dipl.

G